



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Impatiens famis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Aqui omnivolum Pricipum quorundam impotentiam elufuri, cum Equum haberent infignorem, quem loci dominus sibi depofcebat, admoniti sunt Lupinum inteftinum in via qua producendus erat Equus, clanculum fepelire, eaque mox Equus in Principis confpectum eductus, fimulac inteftini odorem fenfit, nulla unquam agitatione, nullisque fimulis impelli potuit ut ea tranfret: atque ita vel fternacis, vel indomiti, vel renitentis accepta nota, repudiatu a Principe, priori domino fuo relictus eft. Addam & hoc naturæ miraculum: Equis torminum doloribus cruciatis nullum præfentius efle remedium, quam inteftini lupini cinctus, quem Romæ in ufum hujufmodi affervari apud plerofque comperi. Quod vero de confternatione dicebamus, non funt nova hæc commenta, ut terriculamenta info di foleant, quæ vel hoc, vel illud animal infigniter abhorreat. Nam apud veteres quoque viguit hæc fuperficio, ut eo loco, qua iter acturi funt Equi, in foffa aliqua his terrorem incutiant, & ab incepto curfu aliofum avertant, vel confternati ulterius progredi reculent. Porro Amphionem Thebanum memorant Pelopi quædam tradidiffe, ut ob iter fepelirentur, quibus non Oenomai modo Equi perterrefacti funt, verum omnes quotquot illac in pofterum curfum arripuerent, extitiffeq; loco nomen Taraxippo, de re inditum.

IMPATIENS FAMIS. CAP. XI.

Idem hominem famis impatientem exprimere fi curaffent, Lupum vel hianti ore, vel terram mordicus apprehendentem hieroglyphicè figurabant. Lupus enim cum prædæ inhiat, rictu latè diducto currit, alioqui fi prædæ copia non fuerit, peculiare habet, efuriens terram devorare. Sunt tamen qui non hoc ad faturitatem a Lupo fieri contendunt, fed ut jumentum aliquod invafurus gravior & ponderofior factus, prædam citius defatiget, cui ftatim, qui mos eft illi, fe dentibus appendent, quæ quidem eft Alberti opinio. Sed quoniam ita in Luporum ingenium incidimus, non injucundum relatu fuerit quod apud eundem authorem de Lupi cujufdam industria pro comperto ponitur: hunc fcilicet cum animadvertiffet fylveftrem quamdam Suem cum numerofo fœtu ad locum avena fatum itare, pabuli gratia, offendiffetque proftatum arboris truncum ramis etiamnum profiantibus, arrepto in os ligno librarum circiter xl. fuper truncum efferri faltu affueviffè, ac in ramos repere, mox adveniente cum prole Porca, unum curfu rapido de porcellis arripit, in arborem feftinanter scandit, ibiq; toto confiftens raptu potitur, & in matris confpectu fruflra adgrunienti & fœvientis filium depaicitur.

Ibidem Plin. lib. 8. c. 22. Lupi industria.

PROPERANTIA. CAP. XII.

Celerius quid maturatum per Lupi catulum fignificari femel tantum reperi: Lupam enim intra xii parere dies fabulantur Aegyptii. Sed enim Philoftephani fuper hoc verba, ut locum fuperius tactum ampliemus, quantum mihi videtur, non rectè accepta funt. quilibro, cui Commentaria nomen fecit, dicere videtur, xii. efle certos anni dies quibus Lupæ omnes pariant. Ariftoteles fane, quod fœtum xii. tantum geflent dies, efle inexploratum fibi profitetur: perinde ac illud etiam, quod ajunt, eas femel tantum in vita parere.

ANCEPS CONSILII. CAP. XIII.

Vulgatum autem & adagiis & hieroglyphicis illud eft, hominem qui Lupum auribus teneat, fignificare quempiam in eo ftatu, quo negotium aliquod neque relinquere, neque exequituto poffit. Nam res proverbio confirmata, & fertur in primis, Tiberiique præcipuè ufurpatione dictum repetitum. Et Phormione Terentius, Antiphonem dicere confingit auribus fe tenere Lupum: neque quomodo dimitteret eum a fe invenire poffe, neque qua ratione retineret, fcire. Et caufa ejus ambiguitatis fpondefatis manifefla eft, quam hic repetere mihi minime neceffarium videtur.



Aurib. Lupum tenere quid.

Suetonius in Tiberio.

R

VENE-